



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90118014

§. 31. Papa Regem Franciæ a proposito itineris in Hispaniam suscipiendi dimovet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66377)

§. XXXI.

Sæcul. XII.
A. C. 1159.

*Papa Regem Franciæ a proposito itin-
neris in Hispaniam suscipiendi
dimovet.*

Henicus Rex Angliæ, a Rege Franciæ *Chron. Ger-*
Ludovico Juniore invitatus, anno mil- *vas. 1158.*
lesimo centesimo quinquagesimo octavo
Parisiis veniens pompa Rege digna ex-
cipitur. In quo conventu ratas habuere
Reges liberorum suorum futuras nu- *Matth. Pa-*
ptias, nempe suo tempore inter Henri- *ris. eod.*
cum, Regis Angliæ filium primo-
genitum, trium annorum puerulum, &
Margaretham Regis Franciæ filiam re-
cens in lucem editam celebrandas.

Verisimile admodum est, tunc etiam
ambos Reges communi consilio statuiffe,
in Hispaniam profectioem suscipere,
& arma Infidelibus inferre. Jamque
Rex Ludovicus copias contrahebat, &
omnia ad expeditionem necessaria para-
bat; cum, ut felicius cœpta perficeret,
ad Hadrianum Papam nuncios misit, qui
ab eo consilium & subsidium peterent,
scilicet Bullam Indulgentiæ, qua Franci
ad militandum excitarentur. Respondit
Papa, zelum laudans, sed impetum re-
primens. *Nec satis tutum, inquiebat,
nec prudentiæ legibus consentaneum vide-
tur, in alterius Regnum cum milite mo-
vere, priusquam Principum populique*
in

Sæcul. XII. *in illa regione degentis mentem explora-*

A. C. 1159. *veris; quin magis expectandum tibi esset,*

donec ab ipsis opem ferre rogeris. Quam

ep. 23.

suademus, ut eorum, ad quos iturus es, prius consensum requiras; quod si omit-
tas, metuendum est, ne expeditio tua op-
tato effectu careat, ne illis ipsis, quos
adjuturus advenies, importunus accidas,
nosque indecoræ levitatis arguamur. Nec-
dum memoria tua exciderit, te olim cum

Sup. Lib.

LXIX.

§. 22.

Rege Conrado bellum Hierosolymitanum
gestisse, inconsultis populis, per quorum
ditiones ducendus erat exercitus, nec
satis pensatis periculis. Scis, quam fu-
nestus fuerit tanti moliminis exitus, &
quam multi Ecclesiæ Romanæ indignati
fuerint, quod in tanta te immisisset pe-
ricula. His omnibus mature perpensis,
distulimus literas dare, a Rotruvio Epi-
sco Ebroicensi nomine tuo petitas, qui-
bus populum Regni tui ad pulchrum faci-
mus impellamus. Sed interim illas dedi-
mus, quibus nostrum & Ecclesiæ Romanæ

Gall. Chron.
to. I.

tibi spondemus præsidium, contra quos-
cunque, qui te absente Regnum tuum
infestare ausi fuerint. Hæc Pontificis
epistola decima octava Februarii anno,
si bene conjicimus, millesimo centesimo
quingagesimo nono data est, & testi-
monium Episcopo Ebroicensi favens con-
tinet, cujus virtutem & prudentiam
Papa dilaudat. Is Comitis Warwi-
centis

censis filius, quondam Gilberti Porre-
tani discipulus, postea Archidiaconus
Rotomagensis & exinde ejusdem Urbis
Archiepiscopus fuit.

§. XXXII.

Ordo Calatravensis.

Sub idem tempus in Hispania novus
Ordo Militaris exortus est. Cum
rumor spargeretur, imminere Arabes,
valido exercitu modicum oppidum Cala-
travam in Castilia aggressuros, Templarii
Equites, qui arcem insidebant, formi-
dantes, fore, ut ad deditioem com-
pellerentur, eam Regi Sanctio II. per-
miserunt. Sanctius tunc Toleti versa-
batur, ubi etiam Raimundus Abbas
Fiterii Ordinis Cisterciensis cum quodam
Monachorum suorum Didaco * Velas-
qui, viro nobili, bellicæ fortitudinis
gloria quondam celebri, & ab ineunte
ætate apud Regem educato. Hic Mo-
nachus videns Regem metu amittendi
Calatravam angi, suasit Abbati suo,
ut istud oppidum a Rege sibi dari popo-
sceret. Et Abbas, primo quidem ab
hac mente alienissimus, sensim tamen
Didaci argumentis captus Urbem sibi
concedi petiit, & obtinuit, multis ob-
stupefcentibus, quibus nempe postulatio
monachorum insolens videbatur. Illico
Abbas cum monacho suo Joannem Archi-
episcopus

Roder. 7.
c. 14. Ma-
ria. 2. c. 6.

* Diego.

Hist. Eccles. Tom. XVII.

X

epi-